



**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

§. Porrò.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

438. Decret Lib. I eod. Tit. in 6 Cap. XXXIV.

NO T A N D V M II. Episcopus hac dispensandi facultate uti non debet, nisi cum iudicione ad studia, de quibus spes esse potest, quod post absolta studia vberiores ecclesiae fructus allaturi sint, quibus compensetur iactura, si quam ecclesia, in qua instituti fuerunt, ex eorum absentia patiatur. Ita Ioan. Monachus, n. i. Gl. ver. literarum.

QUÆRITVR: Vtrum facultas ista dispensandi, in favorem studiorum concessa, locum etiam habeat in beneficijs simplicibus, v. g. canonici. **R**espnsio est affirmativa, sumpta ex c. tuæ, i. 2. de clericis non residentibus, vbi id tradit. Abb. num. 6. Quod facultas dispensandi Episcopis concessa, vt causâ studiorum Parochus in absentia fructus accipere possit, ob maioritatem rationis, locum etiam habebit in beneficijs simplicibus. Imo arbitror, de hac re in beneficijs simplicibus nunquam dubitatum fuisse, cum id ecclesiæ praxis confirmaret, vt etiam colligatur ex c. relatum, 4. de Clericis non residentibus, & supponitur in Trident. sess. 7. cap. 12. de reformat. iun. Gl. margin. **Q**uare Rebuffus de priuileg. Scholarium, sumnr. 1. num. 9. vniuersim ait: Qui studet, dicitur ecclesiæ seruire: student enim, vt postea ecclesiæ melius seruiat, eamque protegat. Et Horatius in cit. tract. priu. 100. Quod absens studiorum causa pro residente habetur, id eoque fructus percipere possit: quia studens consentitur laborare pro commodo totius Ecclesiæ. ~

Neque opus est, vt hanc dispensandi licetiam in beneficijs non curatis intra septennium coarctemus, sed quamdiu Episcopo visum fuerit ecclesiæ expedire, eam extendere poterit. Quam ob causam dixi in lib. 4. The. moral. edit. 2. tr. 2. c. 14. num. 1. ver. Quæstio hoc loco nihil contra Trident. Concilium agit si Episcopus, vel Capitulum Cathedrale &c ecclesiæ canonicatus conferat adolescentibus, modò 14. ætatis annum ingressi sint, qui interea studijs operam nauent, donec ætatem consequantur, vt suscepto ordine saoro ad Capitulum etiam admittantur.

Dicit aliquis: Cur ergo in c. vlt. de Magistris studiofis tantum Theologie ad quinque-

nium cōceditur, vt fructus suorum beneficiorum percipere possint. Respondeo, cum Gl. ver. de licentia: Esse illud generale priuilegium iuris directè concessum studiosis, vt sine alia dispensatione, ab Episcopo impetrata, eo frui possint.

§. Parro.

Interim dum Parochus super residentia dispensatus, in studijs versatur, bonus, & ad hoc munus sufficiens Vicarius deputandus est, congrua ipsi ex ecclesiæ prouentibus portione designata.

Quæritur: Quod in hoc c. requiritur, veloco parochi absentis Vicarius constitutur, num etiam accipiendum sit de alijs beneficiariis non curatis, si studiorum causa absint. **R**espnsio est negativa apud Abb. incit. c. tuæ, de Clericis non resident. n. 6. Quandoquidem iura id non exigunt, nisi in beneficio curato. Sed limitanda est haec doctrina Abbat. Nisi tale sit beneficium, quod ex propria institutione personale seruitum præstandum habeat, vt capellania in certis abtari constituta.

§. Elapso.

Post elapsum septennium, debet Parochus super sacris Ordinibus, excepto Subdiaconatu, dispensatus, intra annum frequentem diaconus & sacerdos fieri: aliquis incurrit pœnam, c. licet canon, nisi causa ista eum excusat.

CAPITVLVM XXXV. Commissa.

PARAPHRASIS.

Aliquis ad parochiale ecclesiam promotus, per negligētiā distulit sacerdotium accipere, vt appareret, intra eum annum promotum non iri, vtrum statim cum hoc appareat, parochiæ priuatus conferri debeat, ita vt alteri, etiam eo noleente seu non cedente, conferri queat: Respondet Bonifac. Non prius priuatum esse, quam annus integer elapsus fuerit.

Sym.